

De Demonstratione.

eadit sub scientiam, posita enim causa deliquit
lunaris, certo scio, lunam deliquitum pati. Ex
his facile potest deduci, in disciplinis practicis
etiam dari demonstrationes, qua de re alibi,

26. Ex dictis fuit. scientiam etiam non
esse rerum fortuitarum, aut earum, quae casu
fiunt, quod Aristoteles l. 1. post. c. 30. inculcat,
cum inquit: *fortuita autem res non est scientia*
per demonstrationem: fortuitum enim non est ne-
cessarium, nec plerumque evenit. (observa hic
obiter, etiam ea, quae plerumque eveniunt, sub
scientiam cadere) sed est id, quod praeter hoc fit,
demonstratio vero sic etiam scientia est horum al-
terius, omnis enim syllogismus efficitur vel per ne-
cessarias propositiones, vel per eas, quae plerumque
vera sunt, Et si quidem propositiones sint necessa-
riae, etiam conclusio est necessaria, sin autem ple-
rumque sunt verae, etiam conclusio est huiusmodi.
Quocirca si fortuitum nec plerumque est, nec neces-
sarium, non potest ejus esse demonstratio.

27. Verum an talis scientia, qualis hacte-
nus ex Philpopho descripta fuit, detur, dubi-
tari potest, & in dubium eam vocavit Hera-
clitus, cujus ratio huc redit: Si scientia est
ex priori, v.g. ex causa, vel ex principiis prio-
ribus, aut progrediendum est in infinitum, aut
in aliquo est subsistendum, Progressus in infi-
nitum admitti non potest. E. in aliquo est sub-
sistendum. Illud igitur, in quo subsistendum,
erit incognitum, quia ex priori non est co-
gnitum